

Spec. 14. HOLOTHURIA (*Microthele*) *affinis*. Br.

HOLOTHURIA n. 8. *Mss. Mertensii*.

Corpus pedale vel infra, 1 — 2" latitudine, atrum, sed luce quadam e coerulescente purpurascens. Dorsum pedibus papilliformibus, sparsis obsessum. Pedes in disco albi. Tentacula atra, peltarum digitationibus exterioribus interioribus longioribus. Tentacula viginti.

In Insula Ualan' frequentissima.

Observ. Num forsitan haec *Holothuria* cum *Holothuria Radackensi* Chamissonis (Acta Acad. Caesareo-Leop. X. p. 352. tab. XXVI.) jungenda? Vix dubitarem, *Holothuriam dubiam* et *Radackensem* easdem esse species, nisi Chamissous formae suae duodecim tantum tentacula tribuisset.

Ad subgenus *Microthele* quae sequuntur species referendae esse videntur: